MASTER NEGATIVE
NO. 93-81283-8

AUTHOR:

MERING, FERDINAND

TITLE:

DE ALLITERATIONE LUCILIANA

PLACE:

WATTENSCHEID

DATE:

1891

Master Negative #

93-81283-#8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Mering, Ferdinand,
..."De alliteratione Luciliana", scripsit Ferdinandus Mering... Wattenscheid, Busch, 1891.
12 p. 25½ cm.

At head of title: Realprogymnasium zu Wattenscheid. Jahresbericht...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 12½X
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10/25/93 INITIALS MDC
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

REALPROGYMNASIUM
zu Wattenscheid.

Jahresbericht

über das

Schuljahr 1890–91

erstattet

von dem Rektor
Dr. Anton Führer.

Inhalt:

1) Abhandlung: „De Alliteratione Luciliana“, scripsit Ferdinandus Mering.
2) Schulnachrichten, vom Rektor.

Wattenscheid,
Druck von Carl Busch.
1891.

1891, Progr. Nr. 372.

DE ALLITERATIONE LUCILIANA.

L. Mueller ubi de re metrica p. 427. poetarum Catullo priorum alliterationem explicavit, plerumque immodico amore talium ludibriorum ad ineptias esse delapsos veteres iudicat, quod indicium omnino non cadere in Lucilium Stowasser*) comprobat, qui sex alliterationis generibus allatis addit haec: *Wer das, was wir hier vorgebracht haben, mit vorurteilslosem Auge prüft, der wird sich entschieden nicht der Überzeugung verschliessen können, dass der alte Dichter der versverbindenden Kraft der Alliteration sich wohl bewusst gewesen sei und dass hier denn doch mehr vorliege, als ein unbewusstes Tändeln mit einem rhetorischen Spielzeuge.* Ad hanc sententiam ut accedamus, magis etiam adducemur, si versus Lucilianos diligentius perscrutati erimus, cum Stowasser, qui de versu heroo Lucilii scriberet, alliterationem breviter tetigisse iure satis habuerit. Latius igitur de Lucilii alliteratione expositurus maximas me subire difficultates non sum nescius. Quidnam difficilius esse potest, quam in ea carmina inquirere, quorum tam lacera et tam lacunosa sunt fragmenta, ut „Oedipo opus esset, si quis ea antiquo suo nitori restituere vellet“? Quæ cum ita sint, magna me tenet spes veniæ, si quid erraverim.

I.

Stowasser in commentatione supra audita eam alliterationem esse neglegendam putat, quæ aut in priore aut in posteriore tantum hemistichio appareat, causam afferens, hæc exempla ad artem rhetoricam spectare neque quidquam ad metrum facere. At cum alliteratio mea quidem sententia neque ad artem rhetoricam neque ad metrum spectet, sed sit orationis figura a poetis profecta, quæ qualiscumque est, aut partes versus connectit aut sententiæ gravitatem addit, non solum ea exempla sunt respicienda, quæ priorem versus partem cum posteriore coniungunt, sed etiam ea proferenda esse mihi videntur, quæ aut in hac aut in illa versus parte leguntur.

Atque primum quidem complures inveniuntur versus, quorum primæ voces ab eadem littera incipiant: I, 31:**) **S**tulte **s**altatum te inter venisse cinædos. I, 36, 43; II, 6, 7, 14, 19, 23; III, 8, 15, 18, 30, 44; IV, 6, 16, 35; V, 26; VII, 25; VIII, 7, 8; IX, 7, 14, 42, 74; X, 9; XII, 4; XIV, 19, 24; XV, 10; XVII, 13; XIX, 7; XXVI, 35, 38, 60, 93; XXVII, 4, 42; XXVIII, 38, 39?, 55; XXIX, 6, 36; XXX, 40, 43, 83; de inc: 33, 118.

---

*) Stowasser: Der Hexameter des Lucilius. Wien 1880.

**) Locos citavi ex Muelleri editione, quæ inscribitur: C. Lucilii saturarum reliquiæ. Emendavit et adnotavit L. Müller. Lips. 1872.

Finis autem posterioris hemistichii arsis thesisque ratione non habita concentum binorum vocabulorum exhibet IV, 40: Ei manus ubertim lactanti in **s**umine **s**idat. II, 24; III, *23*: **B**ruttate **b**ilingui, 34?, 45: **p**rymnesiu' **p**alus: V, 23. 32, 40. 42. 48, 49: VI. 4, 13, 35; VIII, 14; IX, 18, 32: XI. 15; XII, 10; XIII, 1, 5: XV, 33: XIX, 9: XX, 10: XXVI, *29*, *59*; *61*, 63, 77, 86, *99*; XXVII (58); XXVIII. 4, 9. 12, 41; XXIX. 25, 37, 79, 84. 35; XXX, 15. 54, 97, 99, 117, 123, 125. 128: de inc: 16, 22, 50, *52*, 105, 146, 147, 174.

Huc referendi sunt etiam ii versus, qui alio hemistichiorum loco duo vocabula ab eadem littera orientes teneant; idque in priore hemistichio: I, 13: Hæc ubi **d**icta **d**edit, pausam facit ore loquendi. I. 9: **N**emo ut sit **n**ostrum, quin aut pater optimu' divom. I, 27, 30, 34? IV, 29, 39; VI, 24? VII. 14. 20, 21: XIV, 1; XXII, 7; XXVI. 11, 37? 78, 89; XXVII, 31; XXVIII, 25. 28. 44, 51: XXIX. 4, 24, 44, 52, 69; XXX, 28, 33, 71, 105. 108; de inc: 33, 59. 151. 169, 171. in posteriore autem hemistichio: I, 39: Obstiterit. preimo cerebrum huic **r**efert minuei **r**e II, 13: III. 10, 22, 33, 46; IV, 1, 2, 41? V, 4, 5, 38, 52; VI, 2, 6: VIII, 19; IX. 24; XI, 17; XIV, 9, 25: XV, 6, 16; XVII, 4: XIX, 3; XX. 11; XXII, 5; XXVI, 22?, 66, 79, 91; XXVII, 5, 18, 20, 27: XXIX, 80, 86, 106; XXX, 3, 4, 18. 26. 49. 50. 63. 65. 67. 75, 78; de inc: 3, 67, 96, 150, 153? 88, 141. Tres voces prioris aut posterioris hemistichii ab eadem littera incipientes inveniuntur XVII, 8: **N**upturum te **n**empe **n**egas. quod vivere Ulixem. XXVI, 93? XXVII, 12; V, 18: Deficit alma Ceres nec **p**lebes, **p**ani' **p**otitur. XXX, 59: Juratam se uni, cui sit **d**ata **d**eque **d**icata.

Jam ad eam alliterationem venio, qua prius cum posteriore hemistichio connectatur. Sex genera a Stowassero enumerata hæc sunt:

I. Primæ utriusque hemistichii voces ab eadem littera incipiunt. I, 37: **M**unu' tamen fungi et **m**uros servare potissent. I, 5, 20; III. 57, 66, 67; IV, 17? 34; V, 3; VI, 3, 17; VII. 8, 15? VIII, 13; IX, 9, 12; XI, 20, 21: XIII, 2: XIV. 4, 16; XV. 11, 37; XVI, 8; XVII, 7, 12: XIX, 6; XX, 14; XXVI, 87, 97: XXVII, 32, 49*); XXIX. 5: XXX, 23? 30, 16, 121, 122: de inc: 28. 51, 81. 140, 155?

II. Utriusque hemistichii media vox ab eadem littera initium capit III, 3: Mœnia **t**um Liparas. Phacelinæ **t**empla Dianæ. III, 19, 56, 65; VI, 12; VII, 7,. 19; IX, 47, 75; X, 8; XIV, 5, 26; XV, 4. 28; XX, 4; XXVI, 34, 94: XXVIII, 49; XXIX, 21, 41, 103; XXX, 29, 84; de inc: 8, 13, 54? 70, 77.

III. Postrema hemistichiorum verba concentum habent: 1, 1: Aetheris et **t**erræ genitabile quærere **t**empus. I, 4, 26; II, 27, 30?; III, 37, 40. 63; IV, 7, 21; V. 7; IX, 2?, 4, 22. 29, 37, 59, 77; XI, 10, 13, 17; XIII, 11; XXVI, 50, 75; XXVIII, 2, 15; XXIX, 18, 43, 49, 60, 61, 96; XXX, 27, 48, 61; de incertis: 106, 108, 4, 25.

IV. Prioris hemistichii postremum verbum et primum posterioris ab eadem littera initium ducunt I, 23: Hymnidis ex **f**acie **f**lorem delegeri' pulchra. I, 19?, 42, 44; II, 2, 20; III, 29, 31. 42, 43; IV, 15; V, 11, 14, 28; VI, 25; VII, 24?; IX, 40; XI, 26; XIII, 14; XV, 3, 9; XVI, 15; XVII, 1; XIX, 5: XX, 1, 12; XXVI, 27, 41, 47, 49, 51?; 58; XXVIII, 7, 24, 26, 31; XXIX, 33, 34, 99; XXX, 58, 68, 115, 116?; de inc: 24, 35, 65?, 98, 141.

*) Hic „serva" supplendum esse puto: Serva primum, qua virtutei servitutem excluserit.

V. Primum verbum prioris hemistichii cum ultimo posterioris concinit: VI, 9: **T**res a Deucalione grabati restibu' **t**enti. I, 22; VI, 39; IX, 34, 44, 71; XI, 22; XIII, 16?; XIV, 6, 8; XVI, 11; XVIII, 1; XXVI, 19, 71, 72; XXVII, 15, 55; XXVIII. 37, 47. 61; de inc: 68, 72?, 79, 135, 158, 173?

VIa. In utroque hemistichio concentus est binorum vocabulorum III, 20: Ad **p**ortum mille a **p**ortast; **s**ex inde **S**alernum. I, 17; II, 21; IV, 32, 37; V, 35; VII, 22; VIII, 3, 5?, 12;. IX, 6?, 13, 29?; XI, 16; XIV, 9?; XV, 20?, 36; XX, 9; XXII, 5; XXVI, 10, 24, 43, 35?, 69, 79? 80, 83; XXVII, 2, 3, 8, 10, 28, 34, 56; XXVIII, 50?, 52, 53, 57: XXIX, 10, 38. 92. 102; XXX, 19, 45?. 74?, 127, 130; de inc: 9, 15, 20, 21?, 48, 74, 99, 175.

VIb. Quod genus eiusmodi esse potest, ut et in priore et in posteriore hemistichio alliteratio appareat: III, 25: Ostrea **n**ulla fuit non **p**urpura **n**ulla **p**eloris. II, 25; III. 7. 19*), 56; VI, 11; VII, 16; IX, 15; XIV, 21; XV, 27; XVII. 10, XX, 4; XXVI, 31, 73, 90, 94; XXVII, 39. 57; XXVIII, 25?, 48; XXIX. 2. 107. 109; XXX, 86, 129; de inc: 2, 4?, 94. 107, 112?

VIc. Aut eiusmodi est, ut figura sit, quæ vocatur chiasmus: 1, 8: Vellem cum **p**rimis **f**ieri si **f**orte **p**otesset I. 29; III, 59, 70; V, 9, 20**); VI, 16, 19; IX. 57; XII, 3; XV, 32; XVI, 14: XXVI, 14, 15?, 53, 85; XXVII. 14?, 19, 30, 47; XXVIII, 1; XXX. 22, 31; de inc: 1, 19. 23, 66, 72?, 73, 78.

VII. His Stowasseri generibus Kleinschmit***) septimum addit. cuius versus quattuor voces ab eadem littera incipientes tenent: III, 55: **P**erminxi im**p**osuique **p**udendam **p**ellibus labem III, 64; V, 6, 29: IX, 38, 55: XVI, 4?, 8?; XIX, 4?; XXVI, 23, 36, 39, 45; XXVII, 24: XXIX. 88; XXX, 24, 104; de inc: 12, 14, 75. 105?

VIII. Duo hemistichiorum vocabula locis generum I—V exceptis concinunt IV, 26: **S**amnis in ludo ac rudibus cuivis **s**atis asper. I, 10; II, 1; III. 52; IV, 5?, 23; V, 1, 8?. 12; VI. 1. 22, 23, 26?, 28, 34; VII, 19; VIII, 15, 17?; IX, 3, 11. 16, 19, 28, 30. 41?. 46?. 54, 70: X, 2; XII, 5; XIII, 15; XIV, 22: XV, 17, 24; XVI. 18; XVII, 2: XIX, 6?; XX. 5, 13; XXII, 1?; XXVI, 7?, 12, 21, 42, 54. 68, 95, 96?; XXVII, 13, 14, 22, 29, 35, 38, 53: XXVIII. 6. 13. 33. 58?: XXIX. 8?, 11, 39, 85, 98, 103. 114. 117: XXX. 14. 20. 34. 35. 38, 53?, 70, 87. 102. 131; de inc: 18, 31. 60, 112, 131, 157, 165, 177.

IX. Binæ voces prioris et una posterioris ab eadem littera incipiunt II, 12: **C**eteri item in **c**apulo hunc non esse aliumque **c**ubare. I, 34?; II, 9?: III, 28; IV, 45; V, 21, 36, 46?; VI, 18; VII, 4?. IX, 21, 45, 58, 73; X, 7?; XXVI, 8. 18, 28?, 49; XXVII, 25; XXVIII, 18, 45: XXIX, 11?, 27, 66, 71, 78, 100?; XXX, 8?, 41, 72, 98, 106; de inc: 5, 32, 90, 103, 117. 164, 170.

X. Una vox prioris cum binis posterioris hemistichii concentum exhibet: I, 14: Quo **p**opulo atque urbem **p**acto servare **p**otissit IV, 28. 42; V, 41, 45: VI, 27:, VII. 18, 28, 32; VIII, 1: IX, 23, [56], 63, 67; XIII, 4: XV, 2, 13, 15; XVII. 14; XXVI, 20, 65?, 82, 98: XXVII. 44; XXVIII, 62; XXIX, 82, 87: XXX. 1, 13, 51, 57, 65?, 82, 114; de inc: 7, 16, 39.

*) „Sic" supplendum esse puto: Sic promunturium remis superamus Minervæ.

**) „Sed" supplendum esse puto: Sed hic sunt herbæ, quas sevit Juppiter ipse.

***) Kleinschmit: De Lucili saturarum scriptoris genere dicendi. Marburgi Cattorum 1882.

XI. Legimus etiam nonnullos versus, in quibus quinque vocabulorum terna et bina ab eisdem litteris initium sumunt: VIII, 11: **P**istrinum ad**p**ositum, **p**osticum, **c**ella **c**ulina. VIII, 5; XV, 22; XIX, 8?; XXVI, 57, 70, 90?; XXVII, 54; de inc: 11, 89, 109.

Nimis mihi artificiosam alliterationem continere videntur vers. V, 6: **S**ed nunc **s**oli' **m**ihi in **m**agno **m**ærore **m**etuque; XXVII, 37: **P**aulo hoc **m**elius quam **m**ediocre hoc **m**inus **m**alum quamst **p**essumum. XXX, 124: **Q**uæ **q**uondam **p**opuli **r**isu **r**es **p**ectora **r**umpit.

Hæc sunt alliterationis genera et exempla, quorum numerum nunc inire mihi liceat.

liber:	num. versuum	num. vers. corruptorum sine alliter.	num. vers. cum allit.	liber:	num versuum	num. vers. corruptorum sine alliter.	num. vers. cum allit.
I.	44	8	24	XV.	38	16	21
II.	30	10	16	XVI.	19	5	7
III.	70	22	34	XVII.	16	4	9
IV.	46	11	24	XVIII.	3	2	1
V.	55	16	30	XIX.	11	—	7
VI.	40	12	24	XX.	15	1	9
VII.	33	9	17	XXII.	9	—	3
VIII.	20	4	12	XXVI.	99	10	66
IX.	77	21	45	XXVII.	59	8	39
X.	10	1	4	XXVIII.	63	8	38
XI.	28	6	9	XXIX.	119	37	52
XII.	10	5	3	XXX.	132	22	75
XIII.	16	4	8	de incertis	178	55	85
XIV.	27	4	13				

Qui numerus valde augetur multaque exempla supra allata in alio genere ponenda sunt, si non solum concentu primarum litterarum, sed etiam in arsi et mediis postremisque syllabis et elisione in fine vocabulorum alliterationem effici sumimus. Quod pro certo nos sumere posse hac lege, ut unius saltem vocis prima syllaba eundem concentum exhibeat, probatur I, 1: Aetheris et **t**erræ, geni**t**abile quærere **t**empus.

I, 61; I, 18; I, 20: Non **t**amen ætatem **t**empestatem hanc scelerosi.
I, 27: Præ**t**ex**t**æ ac **t**unicæ **L**ydorum opus sordidu**l**um omne.
I, 31; I, 39; II, 1: — ⏑ homo in**p**uratus et in**p**uno estque ra**p**ister.
II, 2: Non dico **v**i**v**at licet et **v**agus exulet . . .
II, 26: Chirody**t**i aura**t**i, ricæ, **t**horacia, mitræ.

III, 5: Degrun**m**abis uti castris **m**ensar facit olim.
III, 7: **C**ommoda tunc **C**apua quinquagin**t**a atque **t**recenta.
III, 57: **C**ermos extem**p**lo **p**lantas **c**onvestit honestas.
III, 41: Arma**m**enta ta**m**en **m**alum, velum, omnia servo.
V, 38: Consilium fassi, **p**laceatne in**p**une lu**p**eris.
V, 40: Per com**m**issuras ri**m**arum nocti' nigrore.
VIII, 4; VIII, 8: A læva lacrimas **m**uttoni abstergere a**m**ica.
IX, 39, 44; X, 6; XI, 15; XXVI, 63, 74; XXVII, 4, 6, 11: **R**e in secunda tollere animos, in mala demitte**r**e.
XXVII, 17: Tamen aut verru**c**a aut **c**i**c**atrix nævis papulæ differunt.

Sed satis versuum.

Ut singuli versus alliterationem præbent, ita complures ea coniuncti sunt. Idem apud nostrates fieri videmus:

Es war ein König in **T**hule
Gar **t**reu bis an das **G**rab,
Dem sterbend seine **B**uhle
Einen **g**oldnen **B**echer **g**ab.

Leise zieht durch mein Gemüt
Liebliches Ge**l**äute,
Klinge **k**leines Frühlings**l**ied,
Kling hinaus ins Weite.

Und alle die Wähler, die **s**ieben,
Wie der **S**terne Chor um die **S**onne sich **s**tellt
Um**s**tanden geschäftig den Herrscher der **W**elt
Die **W**ürde des Amtes zu üben.

Ich möcht' als Spielmann reisen
Weit in die **W**elt hinaus
Und singen meine **W**eisen
Und ziehn von **H**aus zu **H**aus.

Rinaldini, lieber **R**äuber,
Raubst den Weibern Herz und **R**uh u. s. w.

Huius alliterationis apud Lucilium documento sunt versus I, 5 seq:
Vellem **c**oncilio **v**ostrum, quod dicitis olim,
Cælicolæ, factum, **v**ellem ad fuissemu' priore
Concilio

I, 9 seq: **N**emo ut sit **n**ostrum, quin aut **p**ater optimus divom
Aut **N**eptunus **p**ater, Liber, Saturnu' **p**ater, Mars,
Janu', Quirinu' **p**ater siet ac dicatur ad unum.

I, 34 seq: **A**d cenam a**d**ducam et **p**rimum hisce ab**d**omina thunni
Advenientibus **p**riva **d**abo cephalæaque acharnæ,

I, 44: **P**orro clino**p**odas **l**ychnosque, ut diximus semnos
Anti **p**edes **l**ecti' atque **l**ucernæ — ⏑ ⏑ — ⏑

Sic per omnes fere libros, e quibus nobis versus, qui inter se cohærent, sunt servati. Nullum vero fragmentum tam gravi est documento, quanta alliterationis arte poeta versus coniunxerit, quam maximum illud ex inc. I, 1:

Virtus, Albeine, est pretium persolvere verum
Queis in versamur, **q**ueis vivimus rebus potesse.
Virtus est, homini scirei, **q**uo **q**uæque abeat res;
Virtus, scirei, homini rectum, utile, quid sit honestum,
Quae bona, **q**uae mala item, **q**uid inutile, turpe, inhonestum.
Virtus, **q**uærendæ finem re scire modumve,
Virtus, divitiis pretium persolvere posse,
Virtus, id dare, quod re ipsa debetur **h**onori.
Hostem esse atque inimicum **h**ominum morumque malorum,
Contra defensorem hominum morumque bonorum;
Hos magni facere, his bene velle, his vivere amicum.
Commoda præterea patriai prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

Totum fragmentum dividi potest in quinque partes, quarum prima et ultima duos, mediæ tres versus continent. Uniuscuiusque partis versus fere omnes et suam tenent alliterationem et alliteratione inter se cohærent. Eodem modo singulæ quoque partes inter se coniunctæ sunt. Nam altera pars cum prima littera „qu“, tertia cum secunda eadem littera „qu“, quarta cum tertia littera „h“ est connexa. Ultimæ partis versus inter se tantum cohærent, quippe qui summam faciant totius sententiae. Quæ divisio si placet, venustam præ se fert repetitionem vocis „virtus“ et miram cogitationis gradationem, quam explanare supersedeo.

II.

Quoniam alliterationem Lucilianam exposuimus, non alienum videtur docere, quid sit causæ, cur poeta eam adhibuerit. Quam causam cum intellegere non possimus, nisi quid Lucilius saturis scribendis secutus sit cognoverimus, altius nobis repetendum et de temporibus disserendum est, quibus poeta fuit. Ex his enim saturas atque earum genus dicendi profecta esse postea videbimus. C. Lucilius natus est secundum L. Muelleri sententiam, quam equidem probo, anno 180 a. Chr. n. diemque obiit supremum 103, quo temporis spatio summa virtutis Romanæ commutatio facta est. Nam domi in huius poetæ aetatem turbulentissimæ illæ tempestates inciderunt, quæ quibus de causis ortæ sint nemo ignorat. Tib. Gracchus acrioribus remediis vetera rei publicæ vulnera sananda esse ratus, optimo quidem animo, sed pernicioso exemplo leges promulgavit. Hoc tempore senatus ipse in duas partes discedebat, optimates et populares, inter quos medium quendam tenebat cursum P. Cornelius Scipio Aemilianus. Qui cum Latinis rogantibus judiciariam Gracchi legem dissuasisset, paucis diebus post in cubiculo vi oppressus esse videtur. Hic erat status rei publicæ; iam mores civium videamus. Victoria Aemilii Paulli a Macedonibus reportata, triumphis eodem tempore et de Carthagine et de Corintho actis, Attalorum hereditate parta tantæ Romæ divitiæ sunt illatæ, ut

civitas omnibus vitiis mergeretur. Invalescentem disciplinæ civilis depravationem Macrobius (sat. II, 12) nobis prodidit ex oratione Titii, qui Fanniam legem suasit.*)

Cenæ sumptus quanti fuerint, ex legibus illis, quæ multæ de iis ad populum ferebantur, optime intellegitur. Orchiam dico, quæ præscripsit numerum convivarum, Fanniam, quæ sumptibus modum fecit centum assibus**), Didiam, ut universa Italia lege sumptuaria teneretur, Liciniam, quæ paucis mutatis cum Fannia congruit. Cum hac luxuria duo alia vitia grassari cœperunt, avaritia et impudicitia. Et cives et magistratus omnes suas cogitationes in rem familiarem augendam abiecerunt, divina et humana iura contemnentes. De impudicitia audiamus verba Scipionis Aemiliani, quæ sunt apud eundem Macrobium (sat. II, 10.) in oratione contra legem iudiciariam a Tib. Graccho habita. „Docentur præstigias inhonestas, cum cinædulis et sambuca psalterioque eunt in ludum histrionum, discunt cantare, quæ maiores nostri ingenuis probro ducier voluerunt, eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinædos virgines puerique ingenui. Hæc cum mihi quisquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos suos homines nobiles docere, sed cum ductus sum in ludum saltatorium, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris virginibusque quingentis, in his unum, quod me rei publicæ maxime misertum est, puerum bullatum petitoris filium non minorem annis duodecim cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus servulus honeste saltare non posset.“ Quod si jam teneri pueri puellæque his rebus turpissimis assuefacti sunt, quid iuvenes fecisse putemus? Et profecto anno 114. a. Ch. n. iuvenes nobilissimos cum tribus vestalibus ob impudicitiam capitis esse damnatos accepimus. Prætereo uxorum amores, quibus implicabantur iuvenes, prætereo repudia, quæ rara quondam tum vulgaria erant. Imprimis Græci quorum præter alios plurimi Romam confluxerant, ad depravandos mores valebant (cf Cicero de or.: II, 66; Livius XXXIX, 8), etsi negandum non est, eam gentem multas artes ad animorum cultum e Piræo in urbem transvexisse. Ita igitur pro labore desidia, pro continentia et abstinentia levitas, pro pudore impudicitia in civitatem invaserunt. Quænam tum fuerit rei militaris disciplina, ex rerum scriptorum luculentissimis exemplis elucet. Appianus quidem [Hisp. LXXXV] tradidit, castra Numantina plena fuisse scortorum, sacerdotum haruspicumque. Bello vero Jugurthino nihil abiectius, nihil inquinatius, nihil corruptius cogitari posse, Sallustius auctor est [Jug. 8]. Quo factum est, ut, quæcumque bella intra hos septuaginta

---

*) Is describens homines prodigos in forum ad iudicandum ebrios commeantes: Ludunt, inquit, alea, studiose unguentis delibuti, scortis stipati. Ubi horæ decimæ sunt, iubent puerum vocari, ut comitium eat percunctatum, quid in foro gestum sit, qui suaserint, qui dissuaserint ... inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant, quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium tristes, iubent dicere. Quorum negotium est, dicunt; judex testes poscit; ipsus it mictum; ubi redit, ait se omnia audivisse, tabulas poscit; ... vix pro vino sustinet palpebras; eunti in consilium ibi hæc oratio: Quid mihi negotii est cum istis nugacibus, quam potius potamus mulsum mixtum vino Græco, edimus turdum pinguem, bonumque piscem lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit.

**) Macrob. II, 13: Lex Fannia ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum, neque eam prætores aut tribuni, ut plerasque alias, sed ex omni bonorum consilio et sententia ipsi consules pertulerunt, cum res publica ex luxuria conviviorum maiora, quam credi potest, detrimenta pateretur, siquidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam et libertatem suam venditarent: plerique ex plebe Romana vino madidi in comitium venirent et ebrii de rei publicæ salute consulerent.

annos erant, magna et ducum et militum infamia gererentur. Quibus potissimum malis fiebat, ut quæ civitas moribus legibusque stabilita fuisset, brevi dissolvi videretur. At erant, qui quanto esset in periculo res publica non ignari, invalescenti malorum labe non contagerentur. In hoc tum fuit numero Scipio Aemilianus, Lælius, Lucilius, quos familiaritate intima inter se coniunctos fuisse Horatius testatur (sat. II, 1, 71), unde etiam intellegimus, quam frugalis fuerit et simplex vitæ ratio eorum, quibus olus sufficeret. Hi viri optimi cum patriæ amore flagrarent, de rei publicæ periculo ex depravatione morum impendenti solliciti erant quam maxime. Audiamus Lælium apud Ciceronem de r. p. III, 29 dicentem: „Etsi nobis, quid id ætatis sumus, evigilatum fere est, tamen de posteris nostris et de illa immortalitate rei publicæ sollicitor, quæ poterat esse perpetua, si patriis viveretur institutis et moribus.“ Atque censura Scipio abiens cum antiquo more rogaretur, ut dii immortales populi Romani res meliores amplioresque facerent: „Satis“, inquit, „bonæ et magnæ sunt. Itaque precor, ut eas perpetuo incolumes servent.“ Sed viros illos non in votis et verbis acquievisse, sed pro sua quemque virili parte elaboravisse, ut mala ingruentia averterentur, per se patet. Lucilius quidem cum valetudine mala impediretur, quominus muneribus publicis fungeretur, carmina composuit, quibus commodis ætatis prospiceret, malis mederetur. Ipse hoc profitetur

frg. **XXVI**, 5: Evadat saltem aliquid aliquo quod conatus sum (loqui?)

frg. **XXVII**, 1. Re populi salutem fictis versibus Lucilius
Quibus potest, impertit, totumque hoc studiose et sedulo.

Quod quo magis assequeretur poeta, id genus carminum ei eligendum erat, quo civium animos maxime caperet cf. **XXVI**, 3:

Nunc itidem populum aucupamur istis cum scriptoribus.
Voluimus capere animum illorum ....

Ea autem quæ tum erant carmina respiciens, versus fescenninos et saturas ex illis profectas populo maxime esse accepta vidit cf. Horatii epist. II, 1, 139; Livii VII, 2. Hos igitur versus secutus ut notanda improbitate odium vitiorum conflaret, virtutis amorem inflammaret, omnia illa vitia, quibus tum laborabat civitas, amara derisione perstrinxit, quin etiam nominatim in homines scelestos et nefarios maxima verborum libertate incurrit. Neque hoc uno tenore absolvit, sed etiam in aliis rebus est versatus, e quibus cives utilitatem perciperent. Præter argumentum genus quoque dicendi ex versibus illis popularibus deprompsit. Sermone enim ad hominum minus eruditorum aures accommodato usus est, qui non aurificis statera, sed populari quadam trutina est examinandus. cf. **XXIX**, 99: Persium non curo legere, Lælium Decumum volo. Persium omnium fere Romanorum doctissimum, Lælium Decumum virum bonum et non illiteratum fuisse Cicero dicit de orat: II, 6. 25. Atque adeo dialogi formam versuum fescenninorum Lucilium retinuisse in uno quoque saturarum libro videmus, ut exempla ascribere supervacaneum sit. Denique alliterationem adhibuit, quam ut apud maiores nostros sic apud Romanos antiquos in usu fuisse verisimile est. Hanc potissimum secutus, atque huius variis generibus usus est, ut verborum vi et pondere peragraret hominum animos. Itaque eam, prout suadebat locus, ferebat animus, modo stridentem audimus „crebras ut scintillas ferventi ferro“, modo leviter sonantem ut venti susurrum. Nonnulla mihi liceat exempla afferre. Cladi M. Popillii a Numantinis acceptæ opponuntur res præclare gestæ Scipionis amici **XXVI**, 57:

Percrepa **p**ugnam **P**opili, facta **C**orneli **c**ane.

Optimatium superbiam et nequitiam exagitat VI, 4:

Nequitia occupat hos **p**etulantia **p**rodigitasque.

Plebs contra rebus ad vitam maxime necessariis eget V, 18:

Deficit alma Ceres nec **p**lebes **p**ani **p**otitur.

Nepotes et helluones ironice valere iubet V, 41:

Vivite lurcones, comedones **v**ivite **v**entres.

Lupum gumiam quendam his prosequitur verbis IV, 7:

Occidunt, Lupe, **s**aperdæ te et iura **s**iluri.

Piscium magnitudo, quibus tum onerabantur mensæ, describitur IV, 45:

Hi **p**ræ se **p**ortant ingentes munere **p**isces.

In impudicam puerorum puellarumque saltationem, de qua supra Scipionem audivimus dicentem, invehitur I, 31:

Stulte **s**altatum te inter venisse cinædos.

Philosophum quendam detestatur XV, 13:

Atque dei male te, **s**enium atque in**s**alse **s**ophista.

Epicurum impugnat XXVIII, 7:

Eidola atque atomus **v**incere Epicuri **v**olam.

Animos legentium convertit ad veteris memoriæ facta splendidissima resque populi Romani summa cum laude gestas XXVI, 53:

At Romanus **p**opulus **v**ictus **v**ei, superatus **p**rœlis.
Sæpest multis, bello vero numquam, quo sunt omnia.

Hannibal quamquam „**v**eterator **l**e, **v**etulus **l**upus (XXIX, 2) **h**oc tum ille **h**abebat et fere omnem Apuliam (XXIX, 4), tamen XXIX, 5:

De**t**rusus **t**ota vi **d**eiectu'qu Italia.

Pro immodico pecuniæ parandæ studio sobriam commendat curam divitiarum, quibus adversis temporibus uti liceat XIX, 2:

Sic tu illos fructus quæras, adversa hieme olim,
Quibus uti possis ac **d**electare **d**omi te.

Impudicis mulieribus exemplo est uxor illa de absente marito anxia XXX, 72:

Vir **m**are **m**etitur **m**agnum et se fluctibus tradit.
Continuo, simul ac paulo vementius aura
In**f**larit **f**luctus, e**r**exerit e**x**tuleritque.

Ad virtutem maiorum, quam quisque maxime expellebat, qualis fuerit docendo cives revocare studet de inc. 1. 1. Sexies ibi repetita est vox „Virtus“ atque versus alliteratione supra notata sunt conjuncti, quo altius descendant in pectus hominum:

Firmiter hoc **p**ariterque tuo sit **p**ectore **f**ixum (XII, 2).

Neque Muellero assentiri possum, qui contendit, „tam frequentes iterationes nondum adultæ aut senescentis esse artis; etenim castigatissimum quemque scriptorem semel repetendis per anaphoram verbis fuisse contentum.“

Ex his, quæ de alliteratione Luciliana diximus, poetam non amore talium ludibriorum, sed consilio et dedita opera ad eius usum se convertisse apparet. Quo magis dolemus iacturam carminum, quibus Lucilius illius ætatis mores et studia effinxerit atque expresserit sermone usus et temporibus et rebus et personis apto consentaneoque, ut, quicumque ea legebant, maxima fruerentur voluptate. Quintilianus quidem in inst. l. X, 1. 93: Satura, inquit, tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent. Atque Horatius ipse cum tam vehementer inveheretur in hunc poetam, quod esset „lutulentus garrulus atque piger scribendi ferre laborem“, et in aliis rebus et in alliteratione eum est imitatus. Omnia fere eius genera, quæ e Lucilii fragmentis collegimus, iam in prima Horatii satura reperiuntur. cf.

I. 121: Com**p**ilasse **p**utes, verbum non amplius addam.
II. 1: Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam **s**ibi **s**ortem.
III. 31: **S**ese ferre, **s**enes ut in otia tuta recedant.
IV. 61: At bona pars hominum de**c**epta **c**upidine falso.
V. 113: **S**ic festinanti **s**emper locupletior obstat.
VI. 120: Jam **s**atis est. Ne me Crispini **s**crinia lippi.
VII. 10: Sub galli **c**antum **c**onsultor ubi ostia pulsat.
VIII. 8: **M**omento cita **m**ors **v**enit aut **v**ictoria laeta.
IX. 101: Quid **m**i igitur **s**uades? Ut vivam **M**ænius? aut **s**ic.
X. 109: **S**e **p**robet ac **p**otius laudet diversa **s**equentes.
XI. 80: At si **c**ondoluit tentatum frigore **c**orpus.
XII. 5: **M**iles ait **m**ulto iam fractus **m**embra labore.
XIII. 15: Quo rem **d**educam. Si quis **d**eus, En ego, **d**icat.
XIV. 32: Aiunt, cum **s**ibi **s**int **c**ongesta **c**ibaria: **s**icut.

Schulnachrichten.

KURATORIUM.

Herr Bürgermeister Pokorny, Vorsitzender; die Herren Pfarrer Niemeyer, Pfarrer Hausmann, Rektor Dr. Führer als ständige, die Herren Gastwirt H. Beckmann, Bauunternehmer Ecke, Obersteiger Krämer als wechselnde Mitglieder.

LEHRERKOLLEGIUM.

Dr. Führer, Rektor; die Herren Oberlehrer Jansen, Dr. Sudhaus, Mering, Hall, ordentliche Lehrer; Giese, Elementar- und techn. Lehrer; Wacker, Höfker, wissenschaftliche Hülfslehrer; Vikar Hansknecht, jüd. Lehrer Plant im Nebenamt.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

1. Zahl der Lehrstunden in den einzelnen Klassen und Unterrichtsgegenständen.

Lehrfächer	VI	V	IV	IIIb	IIIa	IIb	IIa	Summa
Religionslehre	+ 1	2 (VI–V)	2 (IV–IIIb)		2 (IIIa–IIa)			7
Deutsch	3	3	3	3	3	3 (IIb–IIa)		18
Lateinisch	8	7	7	6	6	5 (IIb–IIa)		39
Französisch	—	5	5	4	4	4 (IIb–IIa)		22
Englisch	—	—	—	4	4	3 (IIb–IIa)		11
Griechisch (fakult.)	—	—	—	3 (IIIb–IIIa)		—	—	3
Geschichte und Geographie	3	3	4	4 (IIIb–IIIa)		3 (IIb–IIa)		17
Rechnen und Mathematik	5	4	5	5	5	5 (IIb–IIa)		29
Naturbeschreibung	2	2	2	2 (IIIb–IIIa)		2	—	10
Physik	—	—	—	-	—	3 (IIb–IIa)		3
Chemie	—	—	—	—	—	—	2	2
Schreiben	2	2	—	—	—	—	—	4
Zeichnen	2	2	2	2 (IIIb–IIIa)		2 (IIb–IIa)		10
Gesang	+ 1	1 (VI–IIa)						2
Turnen	2 (VI–IIa)							2
Zusammen	32	34	33	35	35	35	35	

2. Verteilung der Stunden unter die einzelnen Lehrer während des Schuljahres 1890/91.

<table>
<tr><th>Namen der Lehrer</th><th>Ordinarius von</th><th>IIa</th><th>IIb</th><th>IIIa</th><th>IIIb</th><th>IV</th><th>V</th><th>VI</th><th>Zusammen</th></tr>
<tr><td rowspan="2">Dr. Führer, Rektor.</td><td rowspan="2">II</td><td colspan="2" rowspan="2">5 Lat
3 Gesch. u. Geogr.</td><td>3 Deutsch</td><td></td><td rowspan="2">2 Gesch.</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">16</td></tr>
<tr><td colspan="2">3 Griech.</td></tr>
<tr><td>Jansen, Oberlehrer, ord. Lehrer.</td><td>IIIa</td><td colspan="2">4 Franz.
3 Engl.</td><td>4 Franz.
4 Engl.</td><td>4 Franz.
4 Engl.</td><td></td><td></td><td></td><td>23</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Dr. Sudhaus, ord. Lehrer.</td><td rowspan="2">IIIb</td><td colspan="2" rowspan="2">3 Deutsch</td><td>6 Lat.</td><td>6 Lat.
3 Deutsch</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">22</td></tr>
<tr><td colspan="2">4 Gesch. u. Geogr.</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Hall, ord. Lehrer.</td><td rowspan="2">–</td><td>2 Chem.*)</td><td>2 Naturb.</td><td>5 Math.</td><td></td><td rowspan="2">5 Math.
2 Naturb.</td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2"></td><td rowspan="2">21, im Sommer 23</td></tr>
<tr><td colspan="2">5 Math.</td><td colspan="2">2 Naturb.</td></tr>
<tr><td>Mering, ord. Lehrer.</td><td>IV</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>7 Lat.
3 Deutsch
2 Geogr.</td><td></td><td>3 Deutsch
1 Gesch.
8 Lat</td><td>24</td></tr>
<tr><td rowspan="3">Giese, Elementar- und techn. Lehrer.</td><td rowspan="3">VI</td><td colspan="2" rowspan="2">2 Zeichn.</td><td colspan="2" rowspan="2">2 Zeichn.</td><td rowspan="2">2 Zeichn.</td><td>2 Zeichn
2 Schreib.</td><td>2 Zeichn.
5 Rechn.
2 Naturb.
2 Schreib.
2 Geogr.</td><td rowspan="3">27</td></tr>
<tr><td colspan="2">1 Gesang</td></tr>
<tr><td colspan="7">1 Gesang
2 Turnen</td></tr>
<tr><td>Wacker, kommiss. Hülfslehrer.</td><td>V</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>5 Franz.</td><td>5 Franz.
3 Deutsch
3 Gesch Geog.
7 Lat.</td><td></td><td>23</td></tr>
<tr><td rowspan="2">Höfker, Hülfslehrer.</td><td rowspan="2"></td><td colspan="2">3 Physik</td><td></td><td>5 Mathem.</td><td></td><td>4 Rechn.
2 Nat.</td><td></td><td rowspan="2">21</td></tr>
<tr><td colspan="3">2 Religion</td><td colspan="2">2 Religion</td><td>2 Rel.</td><td>+ 1 Rel.</td></tr>
<tr><td>Vikar Hansknecht.</td><td></td><td colspan="3">2 Religion</td><td colspan="2">2 Religion</td><td>2 Rel.</td><td>+ 1 Rel.</td><td>7</td></tr>
<tr><td>Jüd. Lehrer Plaut.</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td colspan="3">1 Rel.</td><td>1</td></tr>
</table>

*) Im Winterhalbjahre fiel dieser Unterricht aus, weil die Schüler der Obersekunda abgegangen waren.

3. Übersicht über den durchgenommenen Lehrstoff.

Secunda.

ORDINARIUS: DER REKTOR.

Religionslehre (zusammen mit IIIa). a) evang.: Das Matthäusevangelium und Stücke aus dem alten Testament. Kirchengeschichte von Karl dem Grossen bis auf die Gegenwart. Bibelkunde. Nach Noack, Hülfsbuch. 2 St. Herr Höfker.

b) kathol.: Die katholische Glaubenslehre. Kirchengeschichte seit Karl dem Grossen. Nach Dreher, Religionshandbuch. 2 St. Herr Vikar Hansknecht.

Deutsch: Wiederholung der Balladen Schillers und Goethes, dazu Schillers kulturhistorische Gedichte und die Glocke. Schillers „Tell“ und Lessings „Minna von Barnhelm“, Shakespeares „Julius Cäsar“. Das Wichtigste über das Leben der Dichter. Einiges aus Poetik und Metrik. Dispositionsübungen und 12 Aufsätze. 3 Stunden. Herr Dr. Sudhaus.

Aufgaben für die deutschen Aufsätze:

1. Inhaltsangabe der Eingangsscene zu Schillers Tell.
2. Welchen Gang nehmen die Verhandlungen der Schweizer auf dem Rütli?
3. Charakteristik Attinghausens oder des Rudenz. (Nach Wahl.)
4. Gedankengang in Schillers „Lied von der Glocke“.
5. Warum nimmt Schiller den Parricida in sein Drama „Wilhelm Tell“ auf? (Klassenaufsatz.)
6. Die Exposition in Lessings „Minna von Barnhelm“.
7. Will, ruf ich aus, das Schicksal mit uns enden,
   So stirbt sich's schön, die Waffen in den Händen. (Chrie.)
8. Die Vorfabel in Lessings „Minna von Barnhelm“.
9. Die Verschwörung gegen Cäsar und sein Tod. (Nach Shakespeares „Julius Cäsar“.)
10. Die Leichenrede des Antonius in Shakespeares „Julius Cäsar“.
11. Hannibal und Napoleon I. oder: Der peloponnesische und der 30jährige Krieg. (Nach Wahl.)
12. Probeaufsatz.

Latein: a) 2 St. Wiederholung und Erweiterung der Tempus- und Moduslehre. Übersetzen entsprechender Stücke aus Schultz, Aufgabensammlung. Wöchentlich eine Haus- oder Schularbeit. b) 3 St. Livius, V. u. VI. Buch. Ausgewählte Abschnitte aus Vergils Äneis, 1. u. 2. Buch; Auswendiglernen einzelner Stellen und Verse. 5 St. Der Rektor.

Französisch: a) 2 St. Plötz, Schulgrammatik zu Ende und Wiederholungen. Wöchentlich eine Haus- oder Schularbeit. b) 2 St. Daudet, Ausgewählte Erzählungen. Scribe, Bertrand et Raton; zum Schluss Voltaire, Siècle de Louis XIV. Auswendig gelernt wurden einige lyrische Gedichte und die früher gelernten wiederholt. 4 St. Herr Oberlehrer Jansen.

Englisch: a) Im Sommer 2, im Winter 1 St. Zimmermanns Lehrbuch zu Ende. Wöchentlich eine Haus- oder Schularbeit. b) Im Sommer 1, im Winter 2 St. The School of Skandal by Sheridan, Lord Clive by Macaulay. Auswendig gelernt wurden einige Gedichte. 3 St. Herr Oberlehrer Jansen.

Geschichte: Wiederholung und Erweiterung der griech. und röm. Geschichte. Deutsche Geschichte bis zum Interregnum. Nach Pütz, Grundriss. 2 St. Der Rektor.

Geographie: Europa, besonders Deutschland. Nach Daniel, Lehrbuch. 1 St. Der Rektor.

Mathematik: IIb: Abschluss und Wiederholung der Planimetrie. Ebene Trigonometrie. Wiederholung der Lehre von den Potenzen und Wurzeln; Logarithmenrechnung. Textgleichungen mit einer und mehreren Unbekannten; quadratische Gleichungen. IIa: (nur im Sommer): Stereometrie, 1. Teil. Quadratische Gleichungen mit mehreren Unbekannten. Reihen, Zinseszinsrechnung. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit. 4 St. Herr Hall.

Physik: Die allgemeinen Eigenschaften der Körper. Mechanik und Optik. Nach Trappe, Schulphysik. 3 St. Herr Höfker.

Chemie (II a): Einführung in die unorganische Chemie. 2 St. Herr Hall.

Naturbeschreibung (IIb): Im Sommer der innere Bau und die wichtigsten Erscheinungen aus dem Leben der Pflanzen. — Im Winter Betrachtung der Organe des Menschen und der Tiere. Die einfachsten Krystallformen und einzelne besonders wichtige Mineralien. 2 St. Herr Hall.

Zeichnen: Freihandzeichnen: Köpfe, Tierstücke und Landschaften in Kreide oder Tusche. Linearzeichnen: Maschinenteile und Gebäude. Perspektive bis zum Zeichnen zusammengesetzter Gegenstände nicht zu schwerer Konstruktion. Säulenordnung. Die wichtigsten Merkmale der Baustilarten alter und neuer Zeit. 2 St. Herr Giese.

Obertertia.

ORDINARIUS: HERR OBERLEHRER JANSEN.

Religionslehre: S. Sekunda.

Deutsch: Ausgewählte Prosastücke des Lesebuchs von Buschmann, 2. Abt., Dispositionsübungen und alle 3 Wochen ein Aufsatz. Balladen von Schiller und Goethe mit Vergleichung von Uhland, ferner Gedichte von Geibel u. a. Einzelnes aus der Metrik, Figuren und Tropen. 3 St. Der Rektor.

